

nostrorum sanctorum Iusti Sergii Servolli Lazari et Apolinaris carigare portare nec facere caricari nec portari lotamen ligna sarmenta vites fraschas laperas lapides cuppos calcinam, nec etiam facere incidi ligna, sub pena centum sold. par. pro quolibet persona contrafatiente et vice qualibet contrafacta, et quilibet teneatur sacramento manifestare, et habeat tertium condempnationis et sibi teneatur in credentia. 5

Cap. XXXVIII. De colligentibus fructus acerbos et vendentibus eos R.ca.

142 A Hoc statuto ordinamus quod nulla persona // sit ausa 10
 H coligere aliquos fructus acerbos vel uvas agrestas sive passas, nec eos vendere in civitate Tergesti vel super portum ¹⁾ comunis, sub pena quadraginta sold. par. pro quolibet et vice qualibet contrafacta, solvenda incontinenti sine proclamatione excusarum, et amittendi fructus, et si persona non esset sol- 15
 venda, stet octo diebus in basta suis expensis. ¶ Et nulla persona sit ausa facere aliquam aquam de fructibus acerbis, sub pena decem libr. par. pro quolibet et vice qualibet contra- facta, et acusator habeat medietatem dictarum decem libr. par., et saltarii custodes et precones possint in predictis acussare 20
 contrafatientes, et eis adhibeatur plena fides cum sacramento.

Cap. XXXVIII. De currentibus ad extinguendum ignem.

I niungimus hoc statuto ut, si ignis in aliqua domo intraret et aliquis iret ad dictam domum causa extinguendi ignem 25
 vel auxilium presenta[n]di, si aliquid acceperit vel subripuerit de bonis in dicta domo existentibus vel extra proiectis, id domino infra tertiam reddere teneatur, alioquin ab inde in antea puniatur secundum formam statuti de furto. ¶ Et si quis iverit ad extinguendum ignem et perdiderit aliquid occasione 30
 predicta quod secum portaverit, dummodo hostenderit se perdi-

¹⁾ Aggiunta marginale.